

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 3864

**Auteur(s)** : Philippe III le Hardi, France (roi)

**Bénéficiaire(s)** : Bayeux (chapitre cathédral)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1278, décembre

**Lieu d'émission** : Paris

**Action juridique** : autre

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Philippe [III], roi de France, accorde au chapitre de Bayeux de posséder ses acquêts au baillage de Caen.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Harde l (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 932, p. 231-233.

Texte établi d'après a

Philippus, Dei gratia, Francorum rex, notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod, cum capitulum Baiocense adquisisset, tam ex dono quam ex emptione, a tempore nostra ordinatione prefinito, in ballivia nostra Cadomensi in diversis locis res inferius annotatas, videlicet, apud Baiocas, a Guillelmo Escocart, presbitero, L solidos turonensium annui redditus ; item, ibidem, a Radulfo de Limez quondam cantore Baiocensi, VIII s. t., II capones et XXX ova, item, ibidem, ab eodem Radulfo, L s. t. annui redditus ; item, apud Gueron, a dicto Radulfo, V s. et X quarteria frumenti, ad mensuram Baiocensem, annui redditus ; item, apud Baiocas, a Johanne Rustico, quondam canonico Baiocensi, X solidos, II gallinas et XX ova ; item, ibidem, ab eodem Johanne, XII s., II capones et XX ova annui redditus ; item, ibidem, a dicto Johanne, duo sexteria frumenti, ad mensuram Baiocensem, annui redditus ; item, in territorio de Nihauz, a dicto Johanne, unum sexterium frumenti, ad mensuram Baiocensem, annui redditus ; item, apud Couton, a dicto Johanne, VIII boissellos frumenti ad mensuram Baiocensem, II gallinas et XXX ova, annui redditus ; item, apud Baiocas, a Roberto de Cadomo, vicario Baiocensi, XX solidos ; item, ibidem, ab eodem Roberto, X s., VI capones, et XXX ova, annui redditus ; item, ibidem, a dicto Roberto, X s. annui redditus ; item, ibidem, a Jacobo le Forestier, XXVIII s. ; item, ibidem, a Guillelmo de Sancto Lupo, vicario Baiocensi, XXVII sol. et VII den. annui redditus ; item, ibidem, ab eodem Guillelmo, X sol. III capones, et XL ova, annui redditus ; item, ibidem, ab eodem Guillelmo, VI sol., II capones et XXX ova, item, ibidem, ab eodem Guillelmo, III sol., III gallinas et XXX ova, annui redditus ; item, apud Vaus super Auream, ab eodem Guillelmo, VII quarteria et II boissellos frumenti, ad mensuram Baiocensem, II gallinas et XX ova ; item, apud Baiocas, a Petro de Locellis, XXVI sol., annui redditus ; item, ibidem, a Nicholao Lesquente, quondam canonico Baiocensi, unum manerium ; item, ibidem, a Roberto Fovee, vicario Baiocensi, unum manerium et unum perrinum ; item, apud Ver, a Stephano, quondam cantore Baiocensi, III sexteria frumenti, ad mensuram de Ver, annui redditus ; item, ibidem, a Ricardo de Fleel, III sexteria, I quarterium et dimidium boissellum frumenti ad mensuram de Ver, V gallinas, et VIII ova, ac III capones, annui redditus ; item, apud Baiocas, a Roberto Fovee, vicario Baiocensi, XVIII sol. annui redditus ; item, in territorio Sancti Lupi, ab eodem Roberto, VI quarteria ordeï, ad mensuram Baiocensem,

item, apud Tracheium, ab eodem Roberto, VI quarteria et II boissellos frumenti, ad mensuram Baiocensem, annui redditus ; item, apud Ver, ab eodem Roberto, VI virgatas et dimidiam terre ; item, ibidem, ab Osberto de Canovilla, canonico Baiocensi, XVI quarteria frumenti, ad mensuram de Ver, annui redditus ; item, apud Mesnil, a Guillelmo de Bosco, IIII sexteria et V boissellos frumenti ; item, apud Tracheium ab eodem Guillelmo, VI quarteria frumenti, ad mensuram Baiocensem, II capones et XXX ova annui redditus ; item, apud Baiocas, a magistro Petro de Boisseio, quoddam manerium ; item, ibidem, a Radulpho Andegavensi, quondam canonico Baiocensi, XXX sol., II gallinas et XX ova, annui redditus ; item, ibidem, a Radulpho Peisson, VI den., I gallinam et X ova, annui redditus ; item, ibidem, a Guillelmo dicto Fabro, unum denarium annui redditus ; item, ibidem a magistro Petro de Boisseio, L solidos annui redditus ; item, ibidem, super domum que fuit Guillelmi Foliot, presbiteri, IIII den annui redditus ; item, ibidem, in parrochia Sancti Salvatoris, a Stephano quondam cantore Baiocensi, VI sol. annui redditus ; item, apud Baiocas a Johanne de Nigronia, III sol. annui redditus ; item, ibidem, a Johanne de Karone, XX sol. annui redditus ; item, ibidem, a Josiana, relicta Radulphi filii Clari, XVIII sol. VI capones, V panes, et LXXX ova, annui redditus ; item, ibidem, a Guillelmo le Francheis, XXX sol. annui redditus ; item, ibidem, a Jordano Marquier, XVI sol., II capones et II gallinas et LX ova, annui redditus ; item, ibidem, a Henrico Gilberti, X sol. annui redditus ; item, ibidem, a Petro Peisson, IIII sol. I gallinam et X ova ; item, ibidem, a Roberto filio Johannis Gosselini XXII sol. VIII gallinas et LXXX ova ; item, ibidem, a Johanne dicto Agno, XX sol. annui redditus ; item, ibidem, a Thomassia Loffinon, VII sol. annui redditus ; item, ibidem, in parrochia Sancti Machuti, a Johanna Bernardi, I masuagium ; item, ibidem, in parrochia Sancti Patricii, a Thoma de Alneto et Claricia, ejus uxore, X sol. annui redditus ; item, in eadem parrochia, a Ricardo filio Andree, presbiteri, VI sol. annui redditus ; item, ibidem, in parrochia Sancti Symphoriani, a Ricardo Le Gay, VI sol. VI den. I gall. et X ova annui redditus ; item, apud Sanctum Salvatorem de Baiocis, a Ricardo Anglico, XX sol. annui redditus ; item, apud Basenvillam, ab Ansquetillo de Bigart, marito Petronille filie Guillelmi de Basenvilla, IIII libras et IIII solidos, annui redditus ; item, apud Campeigneium, a Guillelmo Leffant, IIII sexteria et I quarterium ordei ad mensuram Baiocensem, IIII gallinas, I caponem, IIII panes, X ova et III denarios, annui redditus ; item, apud Croe, a Thoma Paganelli, V quarteria ordei, VII boissellos frumenti, I panem, I gallinam, annui redditus ; item, ibidem, ab eodem Thoma, III quarteria ordei annui redditus ; item, apud Gueron, a Michaele Gocelin, I virgatam terre ; item, ibidem, a Thoma dicto Preposito, III acras et I virgatam terre ; item, ibidem, a Colino le Roier de Blasreyo, I virgatam terre ; item in territorio Sancti Luppi, a Guillelmo de Heriz, unum sextarium ordei, annui redditus ; item, apud Nihaus, ab eodem Guillelmo, I minam frumenti, ad mensuram Baiocensem, II gallinas, et XX ova annui redditus ; item, apud Sanctum Patricium, a Juliana Arondel, unum sextarium frumenti, ad mensuram Baiocensem, annui redditus ; item, apud Tracheium, a Radulpho de Sancto Martino, X quarteria et II boissellos frumenti, ad mensuram Baiocensem, annui redditus ; item, apud Sanctum Georgium de Baiocis, a Matheo Gaupichet, XVI boissellos frumenti, ad mensuram Baiocensem, annui redditus ; item apud Kahaignoles, a Matheo Thesart X sol. annui redditus ; item, ibidem, ab eodem Matheo, V virgatas terre, I sextarium albe avene, I panem, I gallinam, II boissellos bladi de moutura annui redditus ; item, ibidem, a Henrico Thesart, IIII pecias terre ; item, apud Escay, a Guillelmo de Dameigneio, I sextarium frumenti ad mensuram Baiocensem ; item, apud Baiocas, in territorio de Nihaus, a Rogero Neel, II sexteria frumenti, ad mensuram Baiocensem, annui redditus ; item, apud Maisnilleium, a Thoma dicto Faucon, V quarteria frumenti, ad mensuram Baiocensem ; item, apud Ver. a Petro Britone, X quarteria frumenti ad mensuram de Ver, I denarium, II gallinas et XX ova ; item, ibidem, ab Emma relicta Radulphi dicti Quevillon, I minam frumenti ad mensuram de Ver ; item, a Dyonisio Burgan, III virgatas terre ; item, ibidem, a Rogero de Villaribus, I peciam terre ; item, ibidem, ab Olivero Burgan, X quarteria ad mensuram de Ver, annui redditus ; item, ibidem, a Gaufrido de Furno, I minam frumenti, ad mensuram de Ver, annui redditus ; item, ibidem, ab Alexandro Cornart, III sexteria et II quarteria frumenti ad mensuram Baiocensem annui redditus ; item, ibidem, ab eodem Alexandro, VI gallinas, LX ova, et I denarium annui redditus ; item, apud Baiocas, in parrochia Sancti Lupi, a Petro Renaudi, III solidos annui redditus ; item, apud Ver, a Gilleberto d'Ymouvilla, dicto del Busquet, VI sexteria frumenti, ad mensuram de Ver, II gallinas et XX ova annui redditus ; item, ibidem, a Radulpho de Quevrecheio, XIII quarteria frumenti, ad mensuram de Ver, II gallinas, V solidos, IIII capones et XL ova annui redditus ; item, ibidem, a Guillelmo de Quevrecheio, X quarteria frumenti, I minam avene, VIII solidos, XIII capones, CLX ova et II gallinas annui redditus ; item, ibidem, ab Helya de Dumis, I minam frumenti ad mensuram Baiocensem annui redditus ; item, ibidem, a Johanna relicta Gilleberti de Busqueto, XIII quarteria frumenti annui redditus ; item, ibidem, a Nicholao de Mota, XI quarteria frumenti, ad mensuram de Ver, IX solidos, VI gallinas et LX ova ; item, apud Brunvillam, a Guillelmo de Mariscis, II sexteria ordei, ad mensuram Baiocensem, annui redditus ; ac memoratum capitulum finaverit, juxta tenorem ordinationis nostre, cum ballivo nostro Cadomi super predictis acquisitis sibi perpetuo retinendis ; nos predictam

finationem ratam et gratam habentes, quantum in nobis est, concedimus quod idem capitulum predicta acquisita tenere possit in perpetuum et pacifice possidere, sine coactione vendendi vel extra manum suam ponendi, salvo in aliis jure nostro et jure in omnibus alieno. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Parisius, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> septuagesimo octavo, mense decembris.